



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

337. An si ægritudo Monialis sit talis gracitatis, ut iudicio Medicorum
credatur moritura, si non exeat, possit tuto à Monasterio exire? Ex p. 5. tr.
3. res. 137.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Moniales, q. 16. & p. 2. eodem ver. in fine Barbofa de potest. Episc. p. 3. alleg. 10. n. 20. Megala in 3. p. l. 4. c. 3. q. 1. n. 5. Sanchez in sum. 10. 2. l. 5. c. 1. n. 39. & Rodriguez in sum. Hispana, quã nuper edidit, tom. 3. c. 96. n. 3. vbi notat, quòd quia in Hispania aliqui Medici asserbant morbum gallicum includi sub nomine epidemiar, & strumæ, & cancrum sub nomine lepræ, quæ quidem omnia negabat Ludouicus de la Valle Medicus Regis, idè ad Sacram Cardinalium Congregationem delata fuit hæc quæstio cui ita respondit.

2. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, supradicta opinionum varietate, singularumque rationibus diligenter perpensis, declinavit in sententiam Doctoris Ludou. de la Valle Medici Cameræ Hispaniarum Regis. Cuius in responso à se edito, zelum & prudentiam in assequenda sanctæ memoriæ Pij V. mente plurimum in Domino commendauit eiusdem Pij V. constitutionem de clausura Monialium loquentem nomine epidemiar, eam tantum epidemiam intelligere, quæ est vera, & realis pestis, ita vt ob alias infirmitates huic aliquo pacto conformes, sed tamen benigniores, etiam si epidemiar nuncupentur, nullo pacto Monialibus professis ex Monasterio exire liceat, atque hoc decretum ab omnibus ad quos pertinet, inuoluntate obseruari mandauit Ioannes Garfia Cardin. Merlinus.

3. Multas rationes adducunt DD. pro hac sententia, sed præcipue illam, quia Pius V. in Bulla dicit nulla alia occasione & prætextu, quam illius triplicis infirmitatis, licere Monialibus exire à Monasterio. Vnde excludit quamcumque extensionem ad alios casus, cum vtatur dictione illa taxatiua, nulla ratione. Et ego, &c.

4. Verum non desunt DD. qui contrariam sententiam tuerentur. Hi sunt ex Societate Iesv. P. Ioan. Azorius p. 1. l. 1. c. 8. q. 1. ad fin. doctissimus senex Navar. comm. 4. n. 48. de Regul. & in c. statumus 19. q. 3. n. 49. Franc. Zipæus in praxi iuris Pontif. l. 3. §. de regul. n. 42. Ioan. de la Cruz de stat. relig. l. 1. c. 5. dub. 4. conclus. 2. Graffius in dec. p. l. 4. c. 2. 3. n. 17. in fin. & Nouissimè Bonacina tr. de leg. disp. 1. q. 1. punct. 3. n. 19. vbi ait, Pius V. in Extrauaganti, quæ incipit, Decoris, statuit, ne Monialis exire possit à Monasterio alia de causa, quam occasione incendiij vel infirmitatis lepræ vel epidemiar, negandum tamen non videtur, quin liceat Monialibus exire, etiam aliis de causis conformibus dum imminet probabile periculum vitæ, aut grauis & diuturni morbi. Ratio est, quia isti casus videntur per episc. etiam excepti, & Ecclesia non obligat cum tanto incommodo. Hæc ille.

5. Ad argumenta contraria posset aliquis ita respondere Ad primum, de illa responsione Illustriss. Cardinalium, non constat authenticè. Ad secundum, licet in Bulla Pij V. adsit dictione taxatiua, tamen Euerardus in suis topicis legalibus, loco à natura dictionum taxatiuarum n. 4. Gomez tom. 1. variarum, c. 1. n. 12. & alij asserunt dictionem taxatiuam non excludere casus similes, & in quibus eadem ratio, vel virgentior militat. Ita licet in l. fin. C. de reuocand. donat. decernatur ob solas causas ibi numeratas posse reuocari donationem, tamen docent plures DD. posse quoque ex aliis grauioribus aut æquè grauib. Ita Abb. c. fin. de donat. n. 3. Molina Iuriconsultus l. 1. de primog. c. 9. n. 32. Lessius l. 2. c. 18. dub. 10. n. 14. & alij. Et tandè Clem. VIII. interdixit suo motu proprio, qui incipit, Religiose Congregationes, munera à Regularibus dari, præterquam in casibus ibi exceptis, & tamen Bulla de largitione munerum Religiosis interdicta, n. 38. 39. & 40. docet eos casus exceptos, extendi ad similes, in quibus eadem ratio militet. Idem potest dici in casu nostro.

Sup. hoc in-
fia in tr. 3.
Ref. 1. §. vlt.
& ex doctri-
na Ref. 64.

RESOL. CCCXXXVI.

An iuste poterit concedi Moniali licentia exeundi à Claustro causa medendi morbo ita periculofo, vt eius salus desperaretur; ea non egressa? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 107.

§. 1. **R**esolutio huius casus pendet ex illa quæstione, nequam alibi * proposuimus, nepe vt casus, & les. Multi negant, vt notat Scortia in Bull. Pontif. episc. me 94. theorem. 228. & multi affirmant, cum quibus ego sentio, & ideo assero, quòd iuste concedi poterit Moniali infirmæ licentia, vt à Monasterio exeat causa medendi morbo periculofo, ita vt eius salus desperetur, ea non egressatum quia credendum non est. Summos Pontifices cum tanto dilpudio voluisse Moniales ad clausuram obligare, tum quia leges Ecclesiasticæ non obligant cum tanto periculo; tum quia quod pro charitate inueniuntur est, contra illam retrogradi non debet, & tandem, quia defensio naturalis nemini tollenda est. Et ita hanc sententiam tenet Peirinus in priuileg. Minimor. tom. 2. consuet. 6. Pij V. §. 4. n. 14. & Suarez de Relig. tom. 4. tr. 1. l. 1. c. 9. n. 9. pro cuius firmitate inuenies pulchram allegationem Io. Maria Novarij apud Riccium in praxi tom. 4. resol. 193. num. 3.

RESOL. CCCXXXVII.

An si agritudo Monialis sit talis grauitatis vt indico Medicorum credatur mortura, si non exeat possit, ita à Monasterio exire? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 137.

§. 1. **A**d hoc dubium respondet Granadus in p. 2. contr. 7. tr. 3. p. 1. disp. 8. sect. 5. n. 13. asserens Moniales teneri non egredi Monasterio propter a. p. tudinem, etiam si certo sciretur eas aliter morituras, quia tanti momenti est clausura earum, vt merito præponderare censetur periculo vitæ etiam euidentissimo, & sane alioqui daretur multis Monialibus occasio exeundi Monasterio nam periculum mortis sæpe crederetur imminere, & Medici frequenter id contulerent: nec obstat dispensatio illa, quam asserit Nauar. nam ea potius nostra sententia confirmatur, dispensant enim Pontifex in sua lege cum aliquibus Monialibus, sed inde non inferitur exire posse sine dispensatione, imò potius colligitur dispensationem esse necessariam, & sine illa peccare lethaliter Monalem quæ propter morbum lethalem egredietur: loquimur autem de morbo lethali, non contagioso, nam si prudenter timeretur infectio, vt si pestis grassaretur per Monasterium, nec aliter posset impediri, liceret Moniali peste infectæ egredi Monasterio, nam tunc bonum totius communitatis præponderaret, & ita in hoc & similibus casibus dispensauit Pius V. in suo Motu. Hæc omnia Granadus qui citat Sanchez & Lorcam.

2. Sed ego cum Suarez & aliis in 3. p. tract. 1. resol. 105. probabiliter docui iuste posse concedi Moniali infirmæ licentiã exeundi claustrum causa medendi morbo ita periculofo, vt eius salus desperaretur, ea non egressa, & hanc opinionem probabilem putat Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 4. concl. 2. quia casus iste est similis exceptis in supradicto Motu Pij V. imò virgentior, cum de tuenda Monialis vita in eo agatur: ergo à dicto Motu proprio non censetur exclusus. Consequencia est manifesta ex doctrina supra tradita Cæteras rationes videbis penes me loc. citat, concedo tamen contrariam sententiam probabiliorem esse, quam præter Granadum, Lorcam, & Sanchez

De Dubiis Regul. Ref. CCCXXXVIII. & c. 231

Sanchez tenet Faustus in Thef. Relig. l. 6. q. 163. Miranda de Monialib. q. 4. art. 4. Barbola de potest. Episc. p. 3. alleg. 102. n. 20. Bonacina de Clausura. q. 1. punct. 9. n. 18. & alij penes ipsos.

RESOL. CCCXXXVIII.

An Monialis, quae se ponit in Rota, & facit eam volente in partem externam, ad quam saeculares accedunt, frangat clausuram, & incidat in poenas etiam si non egrediatur e rota?

Idem dicendum est, si Monialis staret in solo ostij partim intra, & partim extra Clausuram.

Sed difficultas est, an ratione paruitatis materia possit Monialis excusari a poenis, & peccato mortali; si utraque pede, & toto corpore egrediatur, etiam si ad vnum, vel duos palmos tantum ianuum sit egressa?

Quod idem queritur de saecularibus etiam Monasteria Monialium ingredientibus. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 52.

§. 1. Affirmatiue respondent Comitulus in Responso l. 6. q. 3. & Portel in dub. regular. ver. Clausura Monialium, r. 24. Ratio est, quia haec accessit ad locum, ad quem saeculares accedunt, quod expresse prohibetur in Bulla Gregor. XIII. ergo &c.

2. Sed ego contrarium sententiam puto esse veriorum, quam tenet Bonacina q. 1. punct. 8. n. 1. & hoc ratione paruitatis materiae, sicut si Monialis staret in solo ostij, quia ostij, ut docet glossa in cap. cum sancta, de poenit. d. 1. p. 6. est partim intra, partim extra clausuram, & in hanc sententiam inclinatur Saech. in sum. 10. l. 1. c. 16. n. 70. in fine.

3. Difficultas est, an etiam ratione paruitatis materiae possit Monialis excusari a poenis, si utroque pede, & toto corpore egrediatur, etiam si ad vnum, vel ad duos tantum palmos ianuum sit egressa, quod etiam queritur de saecularibus Monialium Monasteria ingredientibus, nam eadem est ratio? Respondeo supradictam Monialem clausuram perfecte violasse, cum talis sit verus extra clausuram egressus sufficiens ad culpam lethalem, & ad censuras incurrendas; secus autem, si Monialis sub ostio clausurae existat vno pede extra ianuum extenso, & altero intra ianuum retento, tunc enim a mortali excusaretur ratione paruitatis materiae. Ita Sanchez & Bonacina vbi supra.

4. Non reticebo tamen aliquos Doctores docere etiam Monialem, quae extra ianuum clausurae limites terminantem, ambobus pedibus se transtulit ad vnum, vel duos palmos, non peccare mortaliter propter materiae paruitatem. Et ita docent Graffius in decis. p. 1. l. 4. c. 23. n. 25. & de cas. referu. c. 5. n. 44. & Naldus in l. 1. c. 2. n. 13. & de cas. referu. c. 5. n. 44. & Naldus in l. 1. c. 2. n. 13. & de cas. referu. c. 5. n. 44.

RESOL. CCCXXXIX.

An in ingressu, vel egressu Clausurae Monialium detur poenitentia materia?

Idem est de feminis ingredientibus Clausura Religiosorum. Ex p. 5. tr. 5. Ref. 22.

§. 1. Respondeo affirmatiue, & ita docet Naldus in summa ver. clausura. n. 1. vbi sic ait: Non omnis habitatio Regularium constituit clausuram, aut Monasterium, ut patet in Infirmarys aut in locis, in quibus hospitij, vel negotiorum causa degunt aliquot Regulares, vel etiam in Monasteriis adhuc in fieri existentibus, & propterea nec ibi erit violatio clausurae. In minimo autem violata clausura excusatur a mortali, puta ingressus ad duos pedes, & statim regrediens, non violaret illam.

2. Sed haec non admittit in totum Homobonus de Bonis in consult. moral. tom. 1. p. 4. ref. 61. Quando enim Tom. VII.

utroque pede, & toto corpore ingressus est, etiam si ad vnum, vel duos tantum palmos ianuum introierit, hic enim clausuram perfecte violauit, cum sit completa transgressio ratio; secus si vno tantum pede sit ingressus. Et idem Sanchez in summa tom. 2. l. 6. c. 16. n. 70. ita asserit. Infertur transgredientes clausuram modico ingressu excusari a culpa lethali, & a censuris in transgressores latis, quia modicum ab his excusare solet. Sic Graffius 1. part. decis. lib. 4. cap. 23. n. 25 quod quidem verissimum est. Atque eadem ratione idem dicendum de modico Saecularium egressu ex clausura, hoc autem modicum existimat Graffius; quando duos solos pedes esset intra portae clausuram, atque idem diceret de ingressu; sed id non credo, quia cum hic sit verus intra clausuram ingressus, vel ex ea egressus, sufficiens est ad culpam lethalem, & censuras incurrendas, nec modicum reputatur, quando perfecta transgressio ratio in illo reperitur. Vnde optime dixit Lælius Zechius in casib. refer. cas. 10. n. 1. consistente in solo ostio sito intra claustra subici hiis censuris. Idque probatur quia stans in ostio censetur esse in domo, & incurrit poenas ingredientis domum, ut tradunt Bart. l. 1. §. hoc interdictum, n. vnic. ff. de cloacis, Bald. v. b. paulo post princ. ver. hic adde. ff. solut. matr. Alexand. conf. 137. n. 14. vol. 2. vbi & alios refert. Ial. l. plerisque, n. 20. limit. 4. ff. de in ius vocando, & idem Ial. in l. cetera, §. hoc senatus, conf. n. 11. ff. de leg. i. quare modicum in hoc ingressu, & egressu existimat, quando haec non sunt perfecta, & conlummata sed femiplena, quia nimirum pars corporis est intra, pars autem extra, nec aliquid refert, an maior corporis pars sit intra, aut extra, dum enim totum corpus non est intra, aut extra, non sunt perfecti ingressus, egressus, ut culpa lethali, & censuris subdantur. Quae obrem nec conferem comprehendimus qui est in ostio quia ostium est partim intra, partim extra clausuram. Hucvique Sanchez, cui tandem adde Lopez de Texeda in contr. tom. 1. l. 2. tr. 1. contr. 14. dub. 1. n. 1. haec asserentem. Neque etiam clausuram violare ceteri debent Moniales, quae exeuntes cum medio corpore vno pede posito cum corporis mediate extra locum a Pontifice pto clausura determinatum, retinendo tamen alterum intra illum cum altera corporis mediate, quia terminus clausurae Monialibus determinatus a Pontifice non physice, nec metaphysice, sed moraliter accipiendus est. Vide etiam Antonium Fernandez in instruct. Confess. p. 2. c. 5. n. 13. & Rodriq. in quest. reg. 10. l. 9. art. 7.

3. Sed non desinat hic adnotare sententiam nostri amicissimi Patris Naldi ex parte approbare Merollam tom. 1. disp. 1. c. 2. diff. 7. n. 502. nempe esse modicum ingressum, quando per duos solos pedes quis esset intra portae clausuram, quia licet ille sit verus, & perfectus ingressus, tamen est in parua materia, sicut quamuis furtum vnius argentei sit verum, ac perfectum furtum, non tamen sufficiens est ad peccatum mortale, & incurrendas censuras latas contra furantes. Hoc tamen limitarem ut intelligatur, quando cum eo modico ingressu coniungatur paruitas mora intra Monasterium; secus vero si mora esset diuturna; seu notabilis, & hoc quod diximus de violentibus clausuram Monialium modico ingressu, dicendum est etiam de feminis ingredientibus claustra Religiosorum, quando ingressus est modicus, modo explicato, & de Monialibus violentibus clausuram modico egressu, quia militat eadem ratio.

RESOL. CCCXL.

Alienubi visa est Monialis super regulas Monasterij, quasterunt a me per literas, an frangeret clausuram? Ex p. 5. tr. 1. 3. & Misc. 1. Ref. 88.

§. 1. Et respondi negatiue, adducendo casum in terminis, ut dici solet, terminantibus, apud Lopez de Texeda

Et pro ingressu contento a lin. 35 huius §. Sed haec in to. 5. tr. 1. ex Ref. 83. lege doctrina §. veru, vique ad §. vit. ex clausura, & signanter in §. Remanet, & in §. 5. postea 10. annor. predicti §. verum.

304 988
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

304 988
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.